

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Epitomae libri quarti.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**

E P I T O M E  
L I B R I Q V A R T I.



**Q**UOD non omnium Gallorum una sit lingua aut reipubl. forma. Quod Alpes à Ligustico mari initio sumpto usq; ad Rheni ostia procurrūt. Quod Cemmenus mons, Pyrene monti ad rectos angulos est situs, longitudinem habens circiter stad. duo millia & desinit prope Lugdunum urbem, uersus ortum. Qui à Pyrene et monte Cemmeno uersus Boream habitant usq; ad oceanum, Aquitani dicti, disterminantur à Lugdunensi Gallia Ligeri flumine. Quod uniuersa ferè Gallia fluminibus permeatur. Sunt autē tam apposite sita ea flumina, ut onera mercium ab oceano in mediterraneū & ab hoc uicissim in oceanum transferri possint, paucis quibusdam exceptis locis per quæ itinere terrestri portantur. Est autē Gallia hominibus abundantissima, & rerum ferax. Circa Narbonem uero atq; ipsius oram maritimam usq; ad Cemmenos montes oleis consita est. Quæ ad septentrionē progreditur, ea paulatim ne uites quidem alere potest. Quod Narbonensis Gallia parallelogrammi formam habeat, cuius opposita duo latera efficiunt, & mare quod meridiem uersus iacet, & mons Cēmenus ad alpes usq;. Reliqua duo, Pyrene monte atq; alpibus constituuntur. Diuiditur autem Narbonensis regio ab Italia flumine Varo: ab Hispania, templo Pyreneæ Veneris. Et est quæ inter Aphrodisiū & Vari fluminis ostia interiacet regio maritima, stad. duorum millium septingentorum. Quod Malsilia urbs Græca tanta fuerit temperantia & mediocritate, ut legem haberet ne dos maxima aureos centum, uestitus quinque excederet. Et mulierum ornatus ut totidem esset aureorum. In oratione uero ac philosophiæ studio eousq; exercuerunt sese, ut qui Romani disciplinarum amore tenebantur nō Athenas sed Malsiliam proficiscerentur. Hæc urbs Phocensium est colonia. Quod inter Narbonem & Aphrodisij promontoriū è Pyrene Rhusæna flu. exeat, iuxta quem lacus est, & ager subtus aquosus, paululū supra mare, salinis refertus. Is effosiles habet Cestrias pisces. Nam ubi quis duos aut tres foderit pedes, & in limosam aquam demiserit fusciam, piscem eximiæ magnitudinis fixum penetrat. limo anguillarū instar alitur. Quod inter Malsiliam & Rhodani flu. ostia iacet campus, à mari distans stad. centū. tantus etiam diameter ipsius est, cum formam circuli habeat. Is ab euentu appellatur petrosus, lapidibus qui manus implere possint plenissimus, sub quibus gramen exoritur quod pabuli ubertatem pecoribus suppeditat. In medio salæ scalent aquæ salisq; uis magna. Dicit igitur Aristoteles lapides eos, à terræ motibus quos brastos, id est ebullientes appellāt, in plana eiectos, ad concaua loca prolapsos fuisse. Posidonius uero, cum lacus esset, congelatum cum fluctuatione in plures lapides dispersum fuisse, sicut fluuiatilem glaream & litoreos lapillos. Neesse enim est, ita congregatos lapides non per seipsos consistere, uel ex humiditate compactos ingentibus è saxis per tot fragmenta disruptis, fuisse discretos. Quod Salies inter Rhodanum & Druentiam amnes habitant, per quingenta stadia. Quod Galatæ qui Cappadociæ adiacent Gallorum sint coloni. Quod in Aquitania Galliæ quam habent Tarbelli, aurifodinæ sint præstantissimæ. nam in scrobibus paululum defossis, ad manus mensuram auri crustæ reperiuntur, parux interdum purgationis indigentes. In reliquis autem frustra & glebulæ, quæ & ipsæ non magnum habent opificium. Interior autem & montana pars, tellurem longe præstantiorem habet. Quod uniuersa natio eorum

hom

hominum qui Gal  
 mo, strenuoque &  
 le, adeoque optimu  
 da est & simplici, &  
 facile lacescuntur, u  
 que. Sunt autem H  
 qui oceanum accol  
 aduersus Rom. pos  
 ti. Hispani uero no  
 sed in locis multis,  
 poterunt. Q  
 cum nationes diuisi  
 num domos habe  
 les. Apud eos tanta  
 Bogarum multitu  
 dormiunt humi, ue  
 Pro tunicis gestan  
 tes. Lana quidem  
 Hanc uniuersæ Ita  
 fumenta. Armatu  
 halæ ad proporti  
 tis fustis, qui non e  
 celum, quo potissi  
 robore, celeritateq;  
 non minus quàm  
 pascim sint in hon  
 & Vates, qui sacr  
 de, qui præter cau  
 cent. Hi omnium  
 asserunt, superatur  
 nimo sitati multun  
 studium ingens. E  
 autem & lacertis a  
 les sunt, deuicti ue  
 ris flu. insula est e  
 lieres, Bacchi num  
 Mulieres trajcier  
 li omnes sint con  
 lescentes non par  
 quis iuuenis zon  
 pars Britannicæ n  
 los. Est autem fr  
 ferri. Pelles itiden  
 His canibus Gal  
 ra, moribus aute

hominum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis studio flagrante est animo, strenuóque & celeri ad conferenda prælia, magis tamen equestri pugna nobis le, adeóque optimum hi equitatum Romanis suppeditant. Alioqui mente candida est & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque ut ad bellū coeant, facile laceffuntur, utpote laborum osores, & faciliter item domantur subiuganturque. Sunt autem Hispanis ob magnitudinē corporum robustiores, magis tamen qui oceanum accolunt. Cæterū bella gerentes, non multo tempore resistunt. Nam aduersus Rom. post Hispaniam belligerari cœperūt, priores tamen fuere subiugati. Hispani uero non uniuersis uiribus sicut Galli, neque uno in loco depugnabāt, sed in locis multis, inque alijs alijs, atque alio tempore. quapropter difficiliter subdi potuerunt. Quòd è Gallis qui Belgæ uocantur fortissimi sunt, & in quindecim nationes diuisi. Habitant autem inter Rhenum & Ligerim, scilicet ad oceanum domos habentes. Hi Germanis sunt uicini, ac reliqua uiuendi norma similes. Apud eos tanta est mulierum fecunditas ut circiter triginta millia censeretur Belgarum multitudo qui arma ferre possent. Sagis uestiuntur, ac comas nutriunt, dormiunt humi, uescuntur carnibus & potu lactis. Eorum regio sues & oues alit. Pro tunicis gestant scissos cum manicis amictus, uix pudenda natésque uelantes. Lana quidem aspera, cæterum oblongis uillis, è qua hirsuta texunt sagula. Hanc uniuersæ Italiæ per mercatus suppeditant, quemadmodum etiam suilla salisamenta. Armatura, gladius longus à dextro latere suspensus. Clypeus oblongus, hastæ ad proportionem, & Meris peltæ quoddam genus. Est etiam illis sparo similis fustis, qui non è falarica sed è manu mittitur, certiozem ictum infligens quàm telum, quo potissimum ad aucupia utuntur. Sues in agris uersantur, proceritate, robore, celeritateque præstantes. Periculum est ab ijs insueto cuiquam accedenti, non minus quàm à lupis. Quòd apud omnes Celtas tria hominum genera passim sint in honore, Bardi scilicet qui laudationibus rebúsque poëticis student: & Vates, qui sacrificiorum causarumque naturalium curæ sunt dediti: & Druidæ, qui præter causarum naturalium studia etiam moralem philosophiam exercent. Hi omnium iustissimi censentur. Immortales animas esse, & mundum, asserunt, superaturos aliquando aquam & ignem. Simplicitati ipsorum atque animositati multum imprudentiæ & superbiæ coniunctum est, & ornamentorum studium ingens. Etenim aurum gestant, circa collum quidem torques, manibus autem & lacertis armillas. Principibus uestes sunt auropictæ. Victores, intolerabiles sunt, deuicti uero, attoniti. Quòd in oceano ex aduerso ostiorum Ligeris flu. insula est exigua non longe in pelago sita, in qua habitant Samnitum mulieres, Bacchi numine afflatæ, Deum placantes. Virum insulam ingredi fas nō est. Mulieres traijcientes ex insula uiris miscentur, inde redeunt. Quòd Galli omnes sint contentiosi, neque turpe putatur apud eos, uigentibus annis, adolescentibus non parcere. Exercentur, ne sint crasi, neque uentre promisso. Quisquis iuuenis zonæ mensuram excedit, eum multari aiunt. Quòd magna pars Britannæ maioris campestris sit & arbutis plena. habet & montes nonnullos. Est autem frumenti ferax tellus & pecorum. Item metallorum auri, argenti, & ferri. Pelles itidem & mancipia, canésque uenationi aptissimos hæc suppeditat. His canibus Galli etiam ad bella utuntur. Sunt autem Britanni statura proceri, moribus autem simplicioribus ac barbaris magis quàm Galli. Vnde fit ut

nonnulli ex ipsis abundantes lacte, ob imperitiam caseum non conficiant. Colendorum insuper hortorum & ruris operum imperiti sunt. Vrbes ipsorum, nemora sunt. Latissimos enim circos deiectis obstruunt arboribus, ubi constructis tugurijs & ipsi pariter & armenta, non multo tempore stabulantur. Aër ipsis magis pluuius quàm niuosus est. Per serenitates nebula ita multum temporis occupat, ut die tota tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem ipsum aspiciant solem.

Quòd diuus Cæsar in Britanniam bis traiecerit, nulla re magnifice gesta. Naues enim male sunt afflictæ, atque interiere permultæ, quòd undarum recessus per plenam lunam magnum incrementum accepisset. Victorijs illuc duabus est potitus, traiectis solum duobus militum ordinibus: ac prædam reportauit immensam. Cæterum sub Augusto prorsus tributarij Rom. sunt facti.

Quòd qui Hyberniam insulam colunt Britannii syluestres sunt, & Anthropophagi, herbarumq; manducantes, defunctosq; parentes edunt. Atq; palam hi mulieribus miscentur, tum cæteris, tum matribus etiam.

Quòd Pytheas, quanquam nonnulla de Thule exponens, sit mentitus, traditionem tamen eam quæ ad mathematicam rationem attinet bene accommodauit. Dicit autem, mansuetorum fructuum & animalium aut non feracem esse, aut raram. Incolas milio, alijsq; holeribus & fructibus radicibusq; ali. Frumentum illic exiguum nascitur.

Quòd ex iisdem Liguriæ locis Alpes & Apenninus initiũ habent. Aiunt quoque, Liguriæ montes materiæ lignæ adeo feraces esse, ut inueniatur arbores octo pedum crassitudine habentes diametrum. Montes hi præalti sunt & abrupti.

Quòd Ligures uino utantur apud se nato, picato, austeroque. Frequens etiam apud eos lingurium est, quod alij electrum appellant.

Quòd inter Ligures & Malsiliam Salyes habitant, gens maritima, alpesq; mari uicinas tenens. Aiunt maximam altitudinem illorum montium, stadiorũ esse centum, ac totidem descensum.

Quòd ex Alpibus fluant Rhenus, Danubius, Padus, & Rhodanus.

Quòd Padus, omnium totius Europe fluminũ, uno Danubio excepto, maximus in mare erumpit.

Quòd circa Alpes & occidentalem Italiæ partem, præter modum difficilis & præceps uia sit, ut si quis uel pusillum labatur, periculum sit ne in profundissimas deferatur ualles. Quæ loca Cæsar ingenti sumptu instruxit, & quantum licuit, fecit latiora. Sed & aliud paradoxũ habet hæc regio. Tabule crystalli maxime è summis uerticibus abruptæ, prætereuntes interimere solebant.

Quòd Strabo geographus sub Nerone floruit Ro. imperatore. Quòd Alpes peculiaris cuiusdam formæ gignunt beluam, habitu quidem ad cerui statueram, collo duntaxat & uillis exceptis, quibus capro perquam est similis, ac sub mento carnis globum gerit palmi magnitudine, capillosum, crassitudinem caudæ pulli equini habentem.

Quòd Polybius ait iuxta Aquileiam aurifodinas fuisse inuentas natura adeo excellenti, ut cum à superficie terræ ad duos pedes solũ detraxeris, fossile confestim aurum inuenias, fossam autem non plusquam pedum esse quindecim. Aurum ipsum partim per se purum esse, fabæ aut lupini mole, octaua tantum parte decocta, partim pluscula indigere concoctione, alioqui ualde utile.



vo  
cia d  
tem  
atq;  
ua si  
partes mediæ ad Sa  
ulque ad sinus Ad  
nem Genuam usq;  
gunt. Quòd e  
no affectionem sust  
campi illius maior p  
terior Egyptus, ina  
est, partim nauigati  
tur, alia quadã ex p  
nus sit ac saluberrim  
alutaciones, quibus  
hæcensus paludist  
uenæ paludes uit  
quinq; uetustate in  
à qua mare ita sit a  
maum, qui in intir  
minit Callimachu  
Et Absyrtides inf  
ibus sit sita, inter  
Quòd Hetrur  
tia. Tyberim. H  
bos initium trahen  
et Apenninis mor  
per Hetruriam exc  
uidens, postea Sab  
minam. Adiacen  
bi mutuo iuxta la  
iuxta Adriam sun  
est ab Hostia usq;  
urbis Romæ nau  
usque ad Campar  
trulcos) appellati  
regionem misit.  
rabat, ab Hercule  
se retinere coactu  
Tyrrhenum, cum  
ingressus, quæ de  
leores extiterint, ac